Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



uisca mea. effusum est in terra iecur meum super contritione filie populi mei. cum deficeret parvulus et lactens in platheis oppidi. Lamech Matres suis dixerunt ubi est triticum et vinum cum deficerent quasi vulnerati in platheis civitatis et exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Cui adparabo te vel cui assimilabo te filia hierusalem. cui adequabo te et consolabor te virgo filia sion. Magna est enim velut mare contritio tua. quis medebitur tui. Sum prophete tui viderunt tibi falsa et stulta nec aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam provocarent. viderunt autem tibi assumptiones varias et eiectiones. Samech Plauserunt super te omnes qui transeunt per viam sibilaverunt et mouerunt capita sua super filiam hierusalem. hecccine est urbs dicentes perfecti decoris. gaudium universe terre. Ayn. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui sibilauerunt et fremuerunt dentibus suis et dixerunt deuorabimus. en ista est dies quam expectabamus. inuenimus. uidimus. Pheh Fecit dominus quod cogitauit adimplevit sermonem suum quem preceperat a diebus antiquis destruxit et non pepercit. et letificauit super te inimicum. et exaltauit cornu aduersarium tuorum. Sade Clamauit cor eorum ad dominum super muros filie sion. deduc quasi torrentem lacrimas per diem et noctem. non des requiem tibi. nec taceat pupilla oculi tui. Coph Consurge laudabis in nocte in principio uigiliarum. effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. leua ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum. qui fame perierunt in capite omnium comprehensorum. Res. Vide domine et considera quem uindemiauisti ita. ergo ne comedent mulieres fructum suum parvulos admensura palmae. si occidetur in sanctuario domini sacerdos et propheta. Syn Iacuerunt in terra foris puer et senex. virgines meae et iuuenes mei ceciderunt in gladio. interfecisti in die furoris tui. percussisti nec misereris. thau Vocasti quasi ad diem solemnem qui terrerent me undique. et non fuit qui effugeret in die furoris domini. et reliquit. quos educauit et enutriuit inimicus meus consumpsit eos. Alleph Ego vir uidens paupertatem meam in virga indignationis eius. Alleph Me enim duxit et adduxit in tenebras et non lucem. Alef Tantum in me vertit et inuertit manum suam tota die. bet Veterauit caro mea et pellem meam contriuit ossa mea. beth Aedificauit gyro meo et circumdedit me felle et laborem. beth In tenebris collocauit me quasi mortuos sempiternos. Gyml Circumedificauit ut non egrediar. aggrauauit compedem meum. et cum clamauerit et rogauerit excluso oratione meam. Gyml Obstruxit uias meas lapidibus quadratis. semitas meas subuertit. Deleth Vrsus insidians factus est mihi. leo in abscondito. Deleth Semitas meas subuertit et discerpsit me posuit me desolatam. Deleth Tetendit arcum suum et posuit me quasi signum ad sagittam. he Posuit in renibus meis filias pharetre sue. he Factus sum illusio omni populo meo. cantico eorum tota die. Repleuit me amaritudinibus. Debriauit me absynthio. Vau Et fregit ad numum dentes meos. commanducauit me cinere. et repulsa est anima mea a pace. et obliti sum bonorum. Vau Et dixi. Periit finis meus et spes mea a domino. Zay. Recordare paupertatis et transgressionis meae absynthii et fellis. Zay Memoria memor ero. et tabescet in me anima mea. Zay Hoc recolens in corde meo. idcirco sperabo. het Misericordie domini quia non sumus consumpti. quia non defecerunt miserationes eius. het Nouae diluculo multa est fides tua. ps mihi dominus dixit anima mea. propterea exspectabo eum. Bonus est dominus sperantibus eum animae querenti illum. bonum est prestolari cum silentio salutare dei. thet Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Joch Sedebit solitarius et tacebit. quia leuauit se super se. Joch Ponet in puluere os suum si forte sit spes. Jod Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobriis. Caph Quia non repellet in sempiternum dominus. quia abiecit et miserebitur secundum multitudinem miserationum suarum. non enim humiliauit ex corde suo et abiecit filios hominum. Lamed Conterit sub pedibus suis omnes uinctos terre. ut declinarent iudicium viri in conspectum altissimi. Lamech Vt puer